



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

In Cerevisiam Vrbis, quae Patria est Poetae H. B. J. V. D. cuius meminit  
Author Historiae Erfordiensis pag. 153.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

*Ad Lectorem*

**H**æc cecini primâ quondam lanugine malas  
Pictus (pauca dedit carmina curâ recens)  
Nocte quoque æternâ latuisset opus, sineres Tu  
Docte Erfurtinæ Conditor Historiæ.  
Ad famam properare olim fors damna dedisset,  
Et mora non nihil hæc utilitatis habet.  
Annis pressa novem laudantur carmina Flacco,  
Hoc mea teste igitur carmina nunc bona sunt.

*In Cœvisiam Vrbis, quæ Patria est Poetæ H. B. J. U. D. cuius meo  
minis Author Historie Erfordiensis pag. 153.*

**N**ata alma Cereris, non cui dotalibus umbris  
Excusat raptor vim modo Tænareus,  
Verum quæm patriis quisquis fuit ille Deorum,  
Propitio advexit Numine limitibus  
Sic robur, bona diva, tuum neque Naides udæ  
Frangant, nec reducem guttur agreste vomat,  
Copia sed flavam fundat tibi larga Parentem,  
Debeat & sanam plurima turba cutem:  
Ut tua cornigero colimus mage Numinæ Baccho,  
Nec non qui medicam jactat Apollo manum.  
Diva potens Ganymedeis dignissima curis,  
Quamq; immortali Jupiter ore bibat,  
Tu quoties Liber peregrinis læserat oris,  
Auxilium, præsens Tu mihi Numen eras.  
Per Te splen risus, & dudum oblita recepit  
Gaudia, deseruit noxia flamma jecur.  
Abscessit, melius bibulo arenæ littore, arena  
Renibus, & pulsæ est nausea ventriculo.  
Sæpe Tibi fuit hic servatus gloria vates,  
Debita ab hoc aris multa tabella tuis.  
Indevota igitur si plebs Tua numina spernat,  
Es meritò nobis & Dea semper eris.

*Aliud.*